



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 41. Concilia in Gallia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

ram ejusdem Editionem in lucem dedit Sæculum VI.  
 hoc anno 534. Ea est, quam hodieque A. C. 534.  
 habemus. Ad hos Libros concinnandos  
 opera celeberrimorum suæ ætatis Juris-  
 consultorum, & ex optimatibus præci-  
 puorum usus est. Hos inter Tribonia-  
 nus Exactor, id est, quasi Cancellarius,  
 primus habetur. Is erat quidem Doctis-  
 simus, sed sordide avarus. Justitiam ac-  
 cepto auro vendebat; Leges quotidie Procop. l.  
 condebat, quotidie abolebat, ut privato- Perf. c. 24. 25  
 rum, si cui forte favebat, utilitas exige-  
 bat. In conversatione blandus & fa- Suiv. v.  
 cundus Justiniano assentabatur, spondens Tribon.  
 Principi, nunquam esse moriturum; nam  
 paganus erat vel certe nulla Religione,  
 & a fide Christiana remotissimus. Hæc  
 forte causa fuit, quod aliqua Paganæ su-  
 perstitutionis vestigia in scriptis antiquo-  
 rum Jurisconsultorum, ex quibus Dige-  
 sta collegit, reliquerit.

## §. XLI.

*Concilia in Gallia.*

Circa illud tempus Joannes Papa S. Cæ-  
 sarii Arelatensis, & quorundam a-  
 liorum Galliæ Episcoporum accepit Epi-  
 stolas in Causa Contumeliosi Episcopi ep. 4. 5. 6.  
 Rejenensis, multorum criminum propria  
 confessione convicti. Rescripsit Papa E-  
 pistolas tres, unam ad S. Cæsarium, ad  
 Episcopos alteram, & tertiam ad Cleri-

Kk 4

cos

Sæculum VI. A. C. 534. cos Ecclesiæ Rejenfis datam, in quibus præcipit, ut Contumelioso omnes Functiones interdicanur, ipse in Monasterium detrudatur pœnitentiam acturus, postquam prius hanc licentiam petierit ab Episcopis dato Libello, in quo peccatum suum confiteatur. Interim Ecclesiam ipsius administret Visitator, qui solummodo Sancta Mysteria celebret, sed Clericos non ordinet, nec de Bonis temporalibus quidquam possit decernere. Epistolæ istæ septima Aprilis Paulino juniore Consule id est anno 534. datæ sunt. Sequitur deinde aliqua Exhortatio, quæ a S. Casario profecta creditur, adversus illos, qui volebant, ut Clerici alicujus criminis præsertim adulterii convicti Ministerio restitui possent, & generatim adversus teporem, qui illa ætate contempta vetere Disciplina circa Pœnitentiam irrepebat.

c. 3. 4. 5.

Duo habemus Galliæ Concilia, quorum unum anno superiore, alterum anno sequente celebratum. Quippe secundum Concilium Aurelianense jussu trium Regum Theodorici, Childeberti & Clotarii filiorum Clodovæi anno 22. Regni ipsius Nono Cal. Jul. nempe vigesima tertia Junii. 533. convocatum est. Canones viginti & unus contra Simoniam & diversos abusus conditi. Prohibetur ordinari Presbyter aut Diaconus illite-

illiteratus, aut qui formam Baptismi ne-  
 fciat. Statuitur, ne deinceps foeminis  
 Benedictio Diaconissæ detur, ob fragili-  
 tatem sexus. Abbates, Solitarii, aut  
 Presbyteri litteras Pacis dare prohiben-  
 tur. Abbates, qui Episcoporum Manda-  
 ta contempserint, excommunicentur.  
 Qui ad Idololatriam revertuntur, aut  
 comedunt Carnes immolatas, imo & illi,  
 qui animalia ab animalibus occisa, suf-  
 focata, aut aliqua tabe extincta mandu-  
 cant, excommunicantur. Oblationes  
 illorum, qui in aliquo crimine occisi  
 fuerunt, si modo se ipsos non interfece-  
 rint, recipiantur. Vota inter cantus &  
 pocula, ritusque petulantem licentiam  
 olentes reddi prohibentur, quia ejus-  
 modi vota Deum non placant, sed irri-  
 tant.

## §. XLII.

*SS. Episcopi in Gallia.*

Hos Canones Episcopi viginti sex præ-  
 sentes & quinque Presbyteri nomi-  
 ne quinque Episcoporum absentium sua  
 subscriptione confirmarunt. Adfuere  
 Episcopi ex quatuor Provinciis Lugdu-  
 nensibus, & tribus Provinciis Aquitaniæ.  
 Memoratu digniores erant Honoratus  
 Archiepiscopus Bituricensis, hujus Con-  
 cillii Præses, Leontius Episcopus Aure-  
 lianensis, qui loco secundo subscripsit,

Kk 5

Eleu-

Sæculum VI.

A. C. 534.

c. 13.

c. 18.

c. 22.

c. 20.

c. 15.

c. 12.